

Q.K.  
379,  
2.

II m  
6415

BINOS  
BIBLIOTHECAE. SVAE  
CODICES. CHARTACEOS  
ACTORVM. PVBLICORVM  
REGNI. POLONIAE  
STRICTIM. RECENSET

---

ET  
ILLVSTRI  
GYMNASIO. ACADEMICO  
GEDANENSI  
IVBILAEVM. SECVNDVM

IDIB. IVNIIS. clō lōcclviii  
SOLEMNI. RITV  
CELEBRANTI

EX. ANIMO. GRATVLATVR

D. IO. CAROL. CONR. OELRICHS

COMES. PALAT. CAES. PROF. IVR. PVBL. ORD. REGIIS. BONAR  
ART. SOCIETATIB REGIOMONTI GRYPHISVALDIAE  
ET. GOTTINGAE. NEC. NON. DVCALL. HELMSTAD  
ITEMQVE. BREMENSI. TEVTONICIS. ET  
LATINAE. IENENSI. ADSRIPTVS

---

ROSTOCHII. ET. VVISMARIAE  
APVD. BERGERVM. ET. BOEDNERVM  
clō lōcclviii



PLVS EST SERVASSE REPERTVM  
QVAM REPERISSE NOVVM



FLORENTISSIMI  
GYMNASII. ACADEMICI  
GEDANENSIS  
RECTOR. INSPECTOR. ET. PROFESSORES  
VIRI

SVMMÆ. REVERENDE. IVRIS. CONSVLTISSIMÆ  
EXPERIENTISSIMÆ. AMPLISSIMI

LONGÆ. CELEBERRIMI

FAVTORES. OMNI. HONORIS. CVLTV. PROSEQVENDI



† SÆCVLARIA IVBILAEA, INTER NON IVBILAEA ET DVBIA TEMPORA, ARMA  
inter et hastas, quae indixistis proxime celebranda, sane eo maiori  
iam in Deum gratia et pietate sunt praedicanda, quo maius est benefi-  
cium benignissimi numinis, quod per ducentos annos, etiam in bello  
praesenti internecino Germanico et mille inter pericula, quibus magni-  
fica VESTRA res publica, tristissima hac rerum facie, est obnoxia, *Φρον-  
τισηγοι* VESTRVM illustre factum semper tectumque esse iussit. Hanc feli-  
citatem non possum non, quin VOBIS, meo nomine, publica quadam,  
quamvis leuiori scriptioe, in tot noua saecula, quot habebit hic terrarum  
orbis (utinam omnes eorum dies laetiores nostris!) duraturam, ex ani-  
mo precer. Hoc vbi agere institueram, per angustiam temporis varias-  
que occupationes factum est, vt argumentum VESTRAE solemnitati aptum  
ad commodatumque pertractare haud quiberim. Ne tamen *ασύμβολος*  
prorsus essem, ex variis argumentis, quae menti animoque obuersaban-  
tur, id elegi, quod in inscriptione huius expressum legitis epistolae, non  
dubitans, VOBIS, VESTRAEQUE magnificae reipublicae, regno Poloniae,  
ratione quadam, iunctae, haud ingratum plane fore.

VTERQVE MOX recensendus codex, si non eleganti, distincta ta-  
men est scriptus manu, et, nisi omnia me fallunt, VOBIS, iustis rerum  
arbitris, alicuius esse pretii videbitur: quum acta publica haud leuis  
momenti et vsque adhuc inedita contineat.

VNVS spissior altero, est eius generis et ex parte argumenti quo-  
que, quorum copiam orbi fecit erudito vir post fata etiam celeberrimus,  
IOANNES BYRCHARDVS MENCENIVS, euulgando *Lipsiae a. cto lccciii*  
*funtibus b. io. FRID. GLEDITSCHU, bibliopolae istius loci haud incelebris, in*  
*forma, quam dicimus, octaua, librum sic inscriptum: SIGISMVNDI AV-*  
*GVSTI, Poloniar. regis epistolae, legationes et responsa, nec non STEPHANI BATORH,*  
*regis Pol. epistolarum decas et oratio ad ordines Polon. e museo H. DE HVYSSEN.*  
*Accesserunt opuscula duo alia ad elect. regis SIGISMVNDI III spectantia. Quae in*  
*collectionis huius laudem in ipsius praefatione prolixè monuit MENCKE-*  
*NIVS, ea etiam de nostra, eoque magis valebunt, quod perfectior est*

illa. Non solum enim codex meus varia habet historiam electionis regis Poloniae discordis, post obitum STEPHANI BATORII, nonnullis SIGISMUNDO SACCICO, aliis MAXIMILIANO AUSTRIACO adhaerentibus, egregie illustrantia, pluraque alia huius temporis acta publica, quae, instituta cum *Hussiana* diligente collatione, in hac haud conspiciuntur, neque alio, quantum ego quidem scio, loco, edita leguntur: verum etiam sex, calamo, atramento scriptorio, tincto, adfabre pictis imaginibus, in fronte positis, est ornatus, quae his gaudent inscriptionibus circumpositis: I) IOANNES BASILIDES, *magnus princeps Moscouiae. Obiit 1584.* II) STEPHANVS BATORIVS, *rex Poloniae. Obiit 1586.* III) MAXIMILIANVS, *electus rex Poloniae, archidux Austriae.* IIII) IOANNES ZAMOISKY, *cancellarius et summus dux exercituum regni Poloniae.* V) SIGISMUNDVS III, *rex Poloniae, magnus dux Lithuaniae, nec non Suecorum, Gothorum, Vandalorumque rex, Finlandiae princeps.* VI) ANNA, *regina Poloniae, magna dux Lithuaniae, nec non Suecorum, Gothorum, Vandalorumque regina, Finlandiae princeps.*

TITVLVS codici meo non est praemissus, neque de eius auctore satis constat: at, vti videtur, a nobili Pomerano eius aetatis, quam documenta in eo contenta attingunt, et, si porro conicere licet, ab ERNESTO VVEYHERO est compositus. Inscriptiones singulis documentis adiectas retinui. Syllabus contentorum huius codicis, omissis iis, quae ex *Hussiana* iam publicata sunt collectione, est hic:

- I) Memorabilis historia de obitu *Ioannis Basilidis*, magni Moscouiae ducis. 1584. 28. Mart
- II) Inauguratio *Theodori Ioannidis* in magnum principem Moscouiae. 1584. 28. Ian.
- III) Oratio *Christoph. Varsenicii* in obit. *Stephani I*, regis Pol. 1586. habita.
- IIII) Quid singulis diebus in comitiis VVarfauiensibus mense Aug. 1587. actum. *Germ.*
- V) Proxime secuta electionem duorum regum in Polonia VVarfouiae 1587. 27. Aug. *Germ.*
- VI) Decretum electionis *Maximiliani*, regis Poloniae. 1587. 12. Aug.
- VII) Iuramentum regis Poloniae, *Maximiliano* praescriptum.
- VIII) Verse, so *Maximilianus* in seiner Fahne geführet.
- VIII) Articull, so die Schwedischen Gesandten im Namen ihres Königs den Pohlen bey Warschau zugesagt. 1587. 19. Aug.
- X) Ausschreiben der Stände in Pohlen, so den Schweden gewählt. 1587. 24. Aug.
- XI) *Maximiliani Austriaci* ad fratrem *Rudolphum* imp. litterae in procinctu expeditionis Polon. scriptae. 1587. 24. Sept. *Germ.*
- XII) Der Pohlischen Reichsräthe Bedencken, ihrem König vorgehalten im Reichstage zu Warschau. 1587. m. Sept.
- XIII) *Theodori*, magni Moscouiae ducis, ad *Maximilianum Austriacum* litterae. 1587. m. Sept.

XIIII)

- XVIII) *Constantini*, ducis Osterogenfis, palatini Kyouenfis, ad *Sigismundum*, Sueciae principem, epistola. 1587. 27. Octob.
- XV) *Rudolphi II.* imp. ad *Sigismundum* epistola. 1587. 3. Nov.
- XVI) *Sigismundi*, princ. Sueciae, ad *Maximil. Austriae*, epistola. 1587. 7. Nov.
- XVII) Königs *Maximiliani* Schreiben an die Stände des Reichs in Krackow, wegen Einzugs in diesen Königl. Sitz. 1587. 6. Dec.
- XVIII) Responſio *Sigismundi* ad superiores caesaris litteras. 1587. 14. Dec.
- XX) Ordines Poloniae ad *Rudolphum* caesarem. 1587. 14. Dec.
- XX) *Sigismundi*, regis Polon. ad *Rudolphum* caesarem epistola. 1587.
- XXI) Acta inter S. R. M. Poloniae et legatos eiusdem regni, primum in portu Gedanensi, deinde Gedani, postmodum etiam Cracouiae inter eius Maieſt. et ordines regni ante coronationem. 1587. m. Sept. et Dec.
- XXII) Ordinum regni Poloniae de elect. *Sigismundi III.* regis, omnique praesente statu ad vniuersos principes Christianos epistola. 1587. 12. Oct.
- XXIII) *Ernesti Weyhers* Schreiben aus Krackow. 1587. 10. Dec.
- XXIII) Expeditio *Maximiliani* in Poloniam. 1587. *Germ.*
- XXV) Streitige Articul des Reichstages, welche zu Wattstein in Schweden des verfloſſenen 1587. Jahres auf Purificat. Mariae iſt gehalten worden. 2. Febr.
- XXVI) *Stanislai von Latalitz*, Grafen zu Labeschin, Schreiben an Hertz. *Iob. Friederich* zu Stettin Pommern. Datum Schlochow 3. Jan. 1587.
- XXVII) *Christoph. Caseli* Schreiben an die Regimentsräthe in Preussen. 1588. 29. Dec.
- XXVIII) *Mart. Serekusky de Storolemka*, locum tenentis Mesericensis ad *Ioannem Fridericum*, ducem Pom. epistola. 1588. 13. Jan.
- XXVIII) *Torsten Christoffen*, eines Schwedischen Edelmanns und Hofdieners Relation von Königs *Sigismundi* Einzug und Krönung zu Krackow. 1588. 22. Jan.
- XXX) Ingressus *Sigismundi*, regis Cracouiam. 1587. 9. Dec. *Germ.*
- XXXI) Dignitatum in regno Polon. collocatio. 1588.
- XXXII) Articul von Herrn Abgefandten Groß-Fürstenthums Litthauen ihro K. M. *Sigismundo III.* durch den Herrn Woywoden *Trotzky*, Herrn Littawſchen Vnter Cantzler und viel andern Herren übergeben in Krackow. 1588. 11. Jan.
- XXXIII) *Christoph. Varſeuicii* ad *Maximilianum* reg. Polon. electum Oratio. 1588. 17. Jan. ſtilo nouo.
- XXXIII) *Varſeuicii* epist. ad *Andr. Duditium*.
- XXXV) Extract aus etlichen Schreiben von Ertz-Hertzog *Maximilian* zu Oeſterreich Niederlage.
- XXXVI) Relation, was ſich bey der, zwischen *Maximiliano* und dem Groß-Cantzler gehaltenen Schlacht begeben und zuge tragen. 1588. 21. Jan.

- XXXVII) Wahrhaftiger und gründl. Bericht und Anzeigung des ganzen Handels und Schlacht, so sich wegen der Kron Pohlen zwischen dem Groß-Cantzler und dem König *Maximiliano* für Pittzchen in Schlesien zugetragen, wie dasselbe von den Maximilianischen selbst beschrieben. 1588. 4. Febr.
- XXXVIII) Conditiones pacis inter Poloniae regem et *Maximilianum* Betynae factae.
- XXXVIII) Causae iuramenti a *Maximiliano*, electo rege Pol. non praestiti.
- XXXX) Naruica 1589. et 1590.
- XXXXI) Epistola *Ioannis Samoycki* ad generos. dom. *Ernesti VVeyher* scripta 1589. 5. Sept.
- XXXXII) *Ernesti VVeyhers* Schreiben an den Fürsten. 1589. 21. Sept.
- XXXXIII) Copia litterar. excelsissimar. potentiss. et inuictiss. monarchae *Zulthan Murath Cham* ad sereniss. et sapientiss. *Sigismund. II.* Pol. regem. 1590. 18. Febr.
- XXXXIII) Reichstag zu Warschau, und was auf demselben gehandelt. 1591.
- XXXXV) Zeitung aus Pohlen von Mopolnitz. 1591. 14. Sept.
- XXXXVI) Relation von dem Zurückgang der Hochzeit des Königs in Pohlen mit der Fräulein von Oesterreich, welche ein Freund dem andern schreibet. 1592.
- XXXXVII) Instructio in conuentu Lublicensi nuntiis municipalibus data. 1592. 18. April. *Germ.*
- XXXXVIII) Responsum seu declaratio *Sigismundi*, reg. Polon. 1592. 10. Mai. *Germ.*
- XXXXVIII) *Sigismundi*, Königs in Pohlen, Heyrath mit Fräul. *Anna* von Oesterreich. 1592. m. Maio.
- L) Declaratio oder Erklärung des Königs *Sigismundi* zu Warschau im Senatu und in Gegenwart der Land-Boten. 1592. 28. Sept.

ALTER codex etiam destituitur titulo: habent tamen plurima ipsius documenta suas inscriptiones. Maximam partem spectat Poloniam: sed aliarum etiam terrarum vicinarum, in primis Lithuaniae, Curlandiae, etc. res complectitur publicas, illarumque, istis temporibus, statui penitus perspicendo inseruit. En contentorum indicem!

- I) Articuli pacificationis *Sigismundi I.* regis Pol. cum *Ioachimo I.* elect. Brand. de iustitia administranda inter confines regni et marchionatus subditos de a. 1514.
- II) *Georgii* et *Barnimi*, duc. Pomer. confirmatio priuileg. episcopo Cuiuueni *Matthiae* facta a. 1529. *Germ.*
- III) Oratio legati *Io. Skytte* in confesso ordin. general. habita Hagae Com. 6. Nov. 1617. Concernit bellum Polonicum.

III)

- III) Vertrag, zwischen ihro K.M. in Pohlen und Churfürstl. Brandenb. Gefandten geschlossen, wegen der Schifffahrt und Handels auf dem Warthe-Strom. 1618. 12. Jan.
- V) Oratio Rigensium habita Varsoviae  $\frac{5}{15}$  Mart. 1618.
- VI) Oratio *Friderici*, ducis Curland. habita Varsoviae per *Casp. Dreilingium*  $\frac{1}{20}$  Mart. 1618.
- VII) Oratio legati ducis Curland. pro inuestitura obtinenda. Eodem circiter tempore.
- VIII) Litterae *Iacobi*, regis Angliae, ad regem Pol. *Sigismund. III.* in causa elect. Brand. 15. Sept. 1620. datae. De inuestitura in ducatu Prussiae.
- VIII) Litterae *Iacobi*, regis Angliae, ad imp. *Ferdinand.* in causa generi sui, ducis Curland. 5. Jun. 1620. datae.
- X) Litterae *Iacobi*, regis Angl. ad internuntios terrestres Pol. in causa ducis *Megapol.* *VVilhelmi*, datae 28. Aug. 1620.
- XI) Litterae Ducis *Megapol.* *VVilhelmi* ad internuntios Polon. dat. *Gustrov.* 28. Sept. 1620.
- XII) Responsum *Azarim Sturtzio*, *L.V. D.* et prof. legato *Megapol.* datum in causa ducis sui. 30. Dec. 1620.
- XIII) Litterae regis Pol. ad imp. Turcarum, datae 25. April. 1625. De *Cofacor.* et *Tartaror.* inuasionibus. Cum litteris ad *Caymacanum* imperatoris Turcarum.
- XIII) *Georgii Guil.* elect. Brand. litterae ad cancellar. regni Pol. datae in arce noua Brandenburg. 11. Jan. 1629. De stabilienda pace.
- XV) Propositio publica coram S. R. M. Pol. in comitiis *Varsov.* a. 1629. 25. Ianuar. Brandeb. facta a *Lenino de Knisbech.*
- XVI) Litterae regis Pol. et Sueciae ad imp. Turc. 1630. De *Transiluania.*
- XVII) Litterae *Vrbani VIII.* P. M. ad senatores Pol. Romae 3. Jun. 1632. datae. Pro *Vladislao*, rege Polon.
- XVIII) Litterae, quibus *Vladislau* Pol. rex mortem patris regi Sueciae significat. 18. Nov. 1632.
- XVIII) Litterae legator. *Iacobi*, Curland. ducis ad tractat. *Lubecenses*, datae ad *Chanatum*, regis Galliae pro mediatione pacis inter coronas Pol. et Sueciae legatum extraord. 23. Jun. 1651. cum aliis ad senatores regni Suecici.
- XX) Instructio a *Iacobo*, duce Curlandiae, legatis *Varsovia* euntibus data *Mytaui*ae 23. Nov. 1654.
- XXI) Scopus orationis ad senatum magni ducatus *Lithuaniae* nomine *Castellanorum* et reliquorum ordin. equestris civilisque status *Ultradunen*sis reg. ducatus *Liuaniae* 5. Aug. *Vilnae* hab. Sine anno. Concernit inuasionem *Russor.*
- XXII) Oratio *Io. Dichenfouit*, internuntii Anglici ad *Sigismund. III.* regem *Poloniae*. Sine anno.

VI) b) *Iacobus Fred.*  
 Cur Megapol. l. l. l. l.  
 me credentibus pro  
 legato *Azarim Sturtzio*  
 L. V. D. et prof.  
 Gustrov. D. Sigismund.  
 III. reg. Pol. datae.  
 30. Maii. 1620.

F. Litterae creventi  
 aler *Azarim Sturtzio*

XI) b) *Wilhelmus Fri-*  
 derici, Ducis Cur  
 landiae ad rempubl.  
 Pol. quibus fratris  
 sui *Wilhelmi* recom  
 ciliationem impetrat  
 que filii in iudicio  
 autum successorem  
 petit, datae 4. Nov.  
 1620.

41  
Tn  
6415  
X 338 1195

XXIII) Extractio perorationis magnif. domini de *VVallenroth* ad curiales Prussiae. Sine anno.

XXIII) Sermo *Rosenhanii*, senator. regni Sueciae ad legatos regni Polon. postridie ab ingressu eorumdem in Stockholmiam d. 6. m. Iul. habitus ante salutationem regiam cum responso comitis de *Leszno*, palat. Lenciensis. Sine anno.

XXV) *Georgii Gul.* elect. Brand. depulsio iniuriar. quibus a maleuolis est adfectus, facta coram senatu et ord. Pol. Sine anno.

XXVI) Lithuaniam regi supplex s. Oratio legator. Lithuan. ad reg. Pol. De bello Moscovitico. Sine anno.

XXVII) Litterae reg. Pol. ad imper. Turcar. De Cosaccis. Sine anno.

XXVIII) Epitaphium satyricum in *Ianusum Radzivilium*, quod ita incipit: *Viator, Vastae cogitationis stuporem adfer et mirare. Portentum hominis, laborem domus, noxam intueri heroum. Hic est IANVSIVS RADZIVILIVS, Birzarum et Dabiakorum degener dux, Comes S. R. Imp. Cumanus. Per adpendicem Germanici privilegii princeps. Senator sine curuli. Dux sine exercitu. Christianus sine fide.*

\* \* \*  
XXVIII) *Ioannis III.* reg. Pol. litterae circulares ad rem publicam ob filii *Iacobi* cum *Ludovica Charlotta Radzivilia*, *Ludovici*, march. Brandenb. vidua, Berolini agitatae, non autem perfectae, sed a *Carolo Palatino* interuersum connubium. Dat. Pomarzanii 1638. 15. Sept. \*

XXX, Polon. Marefchalli *Lubomirsky* ad eas nomine reipubl. responsum.

ITA VALETE VIRI CELEBERRIMI. Deus solemnia vota VESTRA sinat perfolui felicissime, posterisque VESTRIS laetiora redire sacra saecularia, vt ita illud PROPERTII:

*Haec Dii condiderant, haec Dii quoque moenia seruant*  
non vt poetae, sed vatis valeat effatum, ipsiusque inter omnem constet posteritatem veritas.

DE CETERO VOS, VIRI CELEBERRIMI, rogo atque obtestor, vt VESTRO commendatum habeatis fauori

CELEBRATISSIMORVM NOMINVM VESTRORVM

Dabam *Palaeo-Sedini*

Nonis Iunius

elc lxxx LVIII

cultorem studiosissimum


IO. CAROL. CONR. OELRICHS

\*) Litteras has, summi doloris patris, ob hoc, more vix inter principes audito, irritum factum filii connubium, testes, non nemo recentioris aetatis adiecit: quas vna cum responso, et fide dignissimis vsque adhuc haud publici iuris factis huius rei momentis, ipsis fortassis Polonis non satis cognitis, prima, qua licebit, vulgabo occasione,





Q.K.  
379,  
2.



Farbkarte #13

B.I.G.

II m  
6415

BINOS  
HECAE. SVAE  
CHARTACEOS  
M. PVBLICORVM  
POLONIAE  
IM. RECENSET

ET  
LLVSTRI  
O. ACADEMICO  
ANENSI  
M. SECVNDVM  
NIIS. dō lōcc LVIII  
EMNI. RITV  
CELEBRANTI  
MO. GRATVLATVR  
CONR. OELRICHS  
OF. IVR. PVBL. ORD. REGIIS. BONAR  
EGIOMONTI GRYPHISVVALDIAE  
EC. NON. DVCALL. HELMSTAD  
MENS. TEVTONICIS. ET  
ENENS. ADSRIPTVS

. ET. VVISMARIAE  
RVM. ET. BOEDNERVM  
dō lōcc LVIII

